

Wartberg, Burcardo cognato eius, Lvodewico de Wanheim, Rodolfo pincerna lantgravii, Henrico dapifero Heldensi et Ghisone fratre eius et aliis quam pluribus<sup>a</sup>).

(S.)

## 305.

*Landgraf Ludwig erborgt von dem Abte Eberhard zu Georgenthal 100 Mark Silbers und tritt, 5  
statt deren Wiederbezahlung, mit seiner Mutter Sophia und Gemahlin Elisabeth, sowie seinen  
Brüdern Heinrich Raspe und Konrad, einen aus 10 Gütern bestehenden Hof zu Nottleben an den  
Abt ab, befreit diese Besetzung von allen Abgaben und bestimmt, daß, weil er keine Erben weiter  
als seine namhaft gemachten Familienglieder habe, sie das Kloster im Besitze des Gutes nicht  
stören sollen.*

1222 [vor Sept. 29]. 10

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha QQ I d. 18. Das Siegel der Landgräfin Sophia = Taf. XII. 1,  
dasjenige des Landgrafen = Taf. XII. 3. Die ziegelrothen Wachssiegel hängen an rothen, weißen und gelben Seiden-  
fäden. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Thuringia sacra 480.*

*Anm.: Empfängerhand. Vergl. No. 304. — Auf der Rückseite von der Hand, welche die Urkunde geschrieben: 15  
Privilegium super curia et decem mansis, quos Lvodewicus lantgravius ecclesie vendidit pro centum marcis in  
Notheleyben.*

:Ludeuicus divina favente clementia Thuringie langravius Saxonie palatinus.:  
Quoniam ex rei geste ignorantia frequenter eadem res et rei geste actio devolvitur in  
calumpniam, necessarium fuit, | ut tali instrumento roboretur possessio et exprimatur actio, 20  
ne in posterum possessori in iure suo derogetur et veritas subpressa enervetur. Eapropter  
ego Lvodewicus Thuringie lantgravius et Saxonie palatinus Hermanni lantgravii filius  
notum fatio tam presentibus quam futuris, quod certa causa interveniente Cesario de  
Lewenberg obligatus tenebar debito centum marcarum, pro quibus cautionem iuratoriam  
prestiterant aliqui comites et mei ministeriales. Instante igitur die solutionis prefixa et 25  
deficiente pecunia mediantibus comitibus Henrico de Swartburg et Gunthero de Keuere-  
berg super huius modi pecunia mutuanda Eberardum abbatem de Valle sancti Georgii  
conveni, qui centum marcas argenti examinati usque ad certum terminum mihi accomodavit.  
Cum autem termino instante debitum solvere non potuissem, ad consilium comitis Henrici  
et aliorum ministerialium meorum cum favore Sophie matris mee et Elizabeth uxoris ego 30  
et fratres mei Henricus Raspe et Conradus in restaurum pecunie mutuate abbati predicto  
contulimus in Nottheleyben curiam unam et decem mansos cum arcis attinentibus et  
pratis sive pascuis cum omni iure deinceps libere et quiete possidenda, quam possessionem  
ab omni exactione et obsequio atque publica hospitii nostri pensione liberam et absolutam  
decernimus permanere. Insuper ne quis heredum supra dictorum, preter quos necdum 35  
alios habui, aut officialium seu villicorum meorum ecclesiam in predictis prediis iusto

304. a) In den Drucken bei König, Adelshistorie 3,950 und Ledderhose, Kl. Schriften 4,275 steht am Schluß der  
Urkunde: Igitur dictam ecclesiam cum bonis conventus in nostris iurisdictionibus sitis in protectionem ac  
tutionem nostram recepimus specialem, eorum molestia, damna et iniuria nobis ascribi cupientes ipsam  
liberamus, ut ab omni exactionis iure et iniure oppressionis gravedine se gaudeant penitus absolutos.